duo facit secundo primo dicit quod illa
deficiunt propositionem secundo quod non
est locus hoc de eis existe de
eliminare et mittit nos ad
poetam sententia vero de possibilibus plene
minus est dicendum i. dicens est quod dicit
ergo quod de impossibilibus quam aliqui debet
respondi habere i. questionibus de
cuius pars per illud quod Gorgias
ait sive quod videtur operte[1] secundo
quod esse ipsum dissipare
vis et vis dissipat serio
sic dicit deficiunt ergo possi
bilia propositioni maximum per ea
impedimentum ne adversarium per

[1] Marginal note: serio

suadeat impedimentum eum et
dissipauit eam seriose et ordi
nate proprie Unum ad secundum dum
est quod committit nos ad artem
poeticam dicens quod quod super species
risibilium diximus est in hiis que sunt
de poetica. circa speciem risibilium
hic quidem committit libro qui est
in libris eius et filii librorum
non debet quibuslibet risibilibus
uti sed bonum est scire que
risibilia conueniunt libero et que
non ut unusquisque sumat ex eis
secundum quod sibi conuenit et addit quod yro
nia est liberalior quam bomolochia
quia yronicus facit risibile gratia ipsius
risibilis. sed bomolochus utitur
risibili gratia alterius deridet enim
ut contristet et uituperet. uocatur
enim bomolochus secundum grecum
lingua superbus est qui milinus
uolantibus circa aras expectans
quod sacrificiis illis aliquid derelinquatur in
immolatis possit postea accipere et ra
pere sic et aliqui histriones
quibus quidem non est post accipere de
arte aliqua sed tamen recipiunt ipsum
et faciunt multas derisiones ut
contristent et uituperent etc.

Epilogus autem etc.
Expeditis tribus partibus
orationis. scilicet prohemio narra
tione et probatione hic in
tendit determinare de quarta et
ultima parte scilicet de epilogo
et due sunt quia primo ex quibus
quatuor partibus constat epilogus secundo
exequitur de eis ibi ex quibus autem
etc. dicit ergo quod epilogus componitur
ex quatuor. una enim pars epilogi
est quod disponat auditorem ad se
ipsum bene audiendum suadere et ad
aduersarium male audiendum illum uitu
perare. alia pars epilogi est scire
augere similiter et minuere tamen
dicere sua et aduersarii tertia pars
eius est ducere auditores in pas
siones qualis negotium sit. quarta pars
ad epilogum pertinet scire commemo
rative et compendiose dicere
que sunt dicta. Uerum posterius omnium
nature adversarium uel mediatorem
et induxit audiat auditores
ad passionem et mouentur. imitatur
uel augmentatur negotium modo
debito si hec tria fiunt natura prius
est causa quod fiunt contra quod commemoret
et breuiter colligat que sunt dicta
et addit quod alterum duorum est
quiescere quia uel dicit dicere bona
et congrua simpliciter uel ea
que sunt talia ut bonus uel ut au
ditoribus. omnis enim credulitas
aut est ex probabilibus simpliciter uel
ex probabilibus auditori et quia
bonus probator aut est bonus
simpliciter uel est bonus auditoribus
Deinde cum dicit ex quibus autem exequitur
de predictis et due sunt. uerum
primo ordinat ex quibus est dicendum
uerum prima quia bene sunt posita
tamen ars de tribus partibus epilogi
secundo ostendit de quibus restat dicere
et de quarta scilicet de commemoratione
ceterum primo incipit in quarta restat
commemorandum cum primum est sunt
tamen quod tria omnium est dicendum primo
enim ostendit est quo auditores
sunt preparandi secundo quo est negotium
augendum et minuendum tertio quo

sunt auditores in passione dicendi 3o d q aut ptis h dt go q
dicit sunt loci ex quibus oz preparare
auditores 7 uni oz preparare au
ditores ut audiamus nos et
sudiopius et adversarios pnos
dem cum fuit h' in primo libro
intitulatu de exclamatio Item
cum dt q ad ptis lit dt ompre
est quo sit negocium augendum
7 minuendum dicens q h' i ptis
q preparamus auditores audire
acta nra esse bona et adver
sarij contra sum nam restat
videndum quo negocium possimus
ampliare i minuere una oz acta
tamsitea h' debeamus cond quoque
dicendum Sic cum videns i augendum
to corpori q c preexistentibus
augendum cum c preexistenti
quantitati additamentum unde in
primo lio cum ompre fuit unde si
media sunt acta ompe etiam fuit
idem quod sumendi sunt loci ex quibus
e negocium augendum 7 minuendum
d una h' ordine debito sunt reddi
ta d primo lio Item cum dt
ptis h ad aut ot dicendum est quo
sunt passionandi auditores dicens
q ptis h' materia existunt cum alia
et quanta dimant auditores i pas
sione Nam in 2o libro dicendum
fuit q h' sufficientia sunt timor
crudelitatis ira odium in videri
delictis 7 contrario et tertio pas
sionibus go dicit sunt hij pluribus
cum talia determinata sunt in 2o
libro Item cum dt qr restat
rememorari ot deinceps restat dicere

et duo sunt qr primo ot deinceps
restat dicere 2o exe dementeo
i' primum aut dt go q restat
rememorari pdicta i restat dicere
de rememoratione 7 dt q consistit
sicut h' i rememoratio qr sicut in
prohemijs uero dantur i sic
illi q non dant certam artem
prohemizandi principiantur sepe
dicunt in prohemio ea pa oro sit
bene disponibilis 7m in epilogis
semper dicunt sunt ea pa oro sit
bene memorabilis cum prohemi
adeo in principio est prohemium
debet fieri orem bene disponibile
et epilogum bene memorabile
q etiam non tradentes certam
artem aliquam imitari coacti h'
dicunt addit aut q i sicut in prohemio
oz negocium sumi quodam prolog
cond dicere ut non lateat
de quo e iudicium h' aut sic in
epilogo oz rememorate sunt
summati ut non lateat pa q
demonstratum e Item cum dt pu
cipium aut exe2 dementeo et
duo sunt qr pro aut q sunt re
memoranda in epilogo 2o man
festat q illa rememorata sunt
ordinanda i sunt aut locutos
an primum duo sunt q pa audit
q sunt in epilogo rememoranda
2o qt sunt rememoranda i dicitur
ad exq dt go q primum 7 am 7
to qr facienda e rememoratio
i epilogo primo ut orator ot
qr exsoluit 7 complet promissum
qr dicendum e summatum q sunt
apponit quando enumeratio 7
pro q sum ad persuasionem ipsa

ergo sunt commemoranda proponi
et persuasio debet enim in epilogo
approximari dicere que sunt proposita et
qualiter persuasa. Deinde cum dicit
aut ex hiis ostendit qualiter talia sunt re
memoranda et recolligenda et
dicit sunt quod principio sed ex fine
per comparationem secundo per yroniam tertio
per interrogationem quarta. i. aut ex
yronia quarta. i. aut ex interroga
tione contineatur ergo sit ita que sunt
in epilogo commemoranda et id
quod in epilogo debet approximari debet
coaptari in coadunari et recolligi
per comparationem et ostendit qualiter debemus
comparare quod debemus comparare
quando utrique ambo negotia tamquam
opponentibus et respondentibus continue
dixerunt ita idem debemus enim com
parare ea in quibus actor accusans
et defendens et si non est comparatio
ex loco et ratione debet esse com
paratio ex operibus ut iste fecit
vel dixit hec et hec quod erat lau
dabile adversarius autem iste
hec fecit vel dixit vel que erant
vituperabilia. Deinde cum dicit
aut ex yronia ostendit quod debemus
hanc recollectionem facere per yroniam
ut yronice loquendo iste enim
scilicet adversarius dixit hec tamen
illa ego autem hec magis et si opi
nabatur hec quod utrique faciebat
que enim male opinatur peius fuit
sicut cum loquimur et opinamur de
contrariissimis orationibus finis autem continuum
Deinde cum dicit aut ex interrogatione
ostendit talia recolligenda esse per inter
rogationem in epilogo enim interro
gative debemus loqui et suspensive

dicendo quid non demonstratum est
melius vincit aut quod ostendit ad
versarius alteri sic ego et istud utrique
Sic ut dictum est ponit sui sum
mam concludendo ea que sunt dicenda
sua esse valide melius ita persuasa
et contraria que sunt adversarii et aliter
quod si vult ponit separatim dicta
dicta sua et dicta adversarii
que contrariae orationis ut magis appareat
dicta sua bona et adversarii nulla
Deinde cum dicit finis autem locutionis
postquam ostendit que in epilogo sunt
commemoranda et qualiter sunt comme
moranda ostendit quo ordine sunt
commemoranda dicens quod finis lo
cutionis. i. epilogus qui proprie dicitur
finis orationis hunc ordinem
habere debet quod debet esse inconiunctus
quia quando aliqui inconiuncte proferuntur
plura apponunt propter quod orationi
per conveniens conveniens finis locu
tionis proferendus est inconiuncte ut
sit epilogus enim orationis ultimo
imponit finem dictis dicens arte
tradendo audisti arte tradita
perspicuus hanc artem traditam
mediante qua ea et sic finit
summa super librum rethoricorum
aristotelis laus sit ihesu christo
qui est dei virtus et dei sapientia
et cum patre et spiritu sancto est summus
deus benedictus in seculorum se
cula Amen

Explicit summa super librum rethoricorum
aristotelis edita a fratre
Egidio de Roma ordinis fratrum
heremitarum Sancti Augustini

Rethorica assecutiva dia-
lectice est ambe enim de talibus
quibusdam sunt que communia quodammodo
omnium est cognoscere et nullius
scientie determinate. Propter quod et omnes modo quodam participant
ambabus. Omnes enim usque ad aliquid et exquirere et
sustinere sermonem et defendere et accusare conantur.
Multorum quidem

Rhetorica assecutiva diale-
ctice est. Ambe enim de talibus qui-
busdam sunt que communia quodammodo
omnium est cognoscere et nullius
scientie determinate. Propter quod et omnes modo quodam parti-
cipant ambabus. Omnes enim usque ad aliquid et
examinare et sustinere sermonem et defendere et
accusare conantur. Multorum quidem igitur hii
quidem fortuito hec agunt, hii autem propter
consuetudinem ab habitu. Quoniam autem utro-
que modo contingit, palam quia erit utique ipsa et
via dirigere. Propter quod enim adipiscuntur et hii propter consue-
tudinem et hii a casu, huius causam considerare
contingit. Tale autem omnes utique iam confitebuntur
artis opus esse. Nunc quidem igitur qui artes
sermonum componunt modicum adep-
ti sunt ipsius. Sole enim persuasiones artificiales sunt,
solum artificiale, alia autem additiones. Hii autem
de enthimematibus quidem nichil dicunt, quod quidem
est corpus persuasionis; de extraneis autem plu-
rima negotiantur. Calumpnia enim et misericordia et
ira et tales passiones anime non sunt de re, sed ad
iudicem. Quare si omnia essent iudicia sicut
in quibusdam nunc civitatibus et maxime in bene
ordinatis legibus, nichil utique haberent quod
dicerent. Omnes enim hii quidem putant oportere
sic leges pronuntiare, hii autem et utuntur
et prohibent extra rem dicere, sicut et in Ariopago,
recte hoc putantes. Non enim oportet iudicem pervertere
ad iram provocantes aut invidiam aut misericordiam. Simile enim
ac si quis cui uti debet regula, hanc faciat distor-
tam. Adhuc autem manifestum quia litigan-
tis quidem nichil est preter ostendere rem quia est aut
non est aut facta est aut non facta est. Si autem
magna aut parva aut iusta aut iniusta, quecumque
non determinavit legislator, ipsum utique
iudicem oportet cognoscere et non addiscere a liti-
gantibus. Maxime quidem convenit recte posi-
tas leges quecumque contingit omnia determinare ipsas,
et quam paucissima committere iudicantibus.
Primum quidem quia unum accipere et paucos fa-
cilius quam multos bene sapientes et po-
tentes leges ferre et iudicare. Deinde
leges quidem ex multo tempore considerantes
legislatores faciunt, iudicia autem ex subito. Quare
difficile assignare iustum et expediens
bene iudicantes. Omnium autem maximum quia iu-
dicium legislatoris non est de parte, sed de futu-
ris et universalibus; contionator autem et iudex iam
de presentibus et determinatis iudicant, ad quos et
amare iam et odire et proprium commodum ad-
nexa sunt sepe, ut non adhuc possit

videre sufficienter verum, sed obtenebrat iudicium
proprium delectabile aut tristabile. De aliis quidem igitur, ut
diximus, oportet quam paucissimis facere dominum
iudicem; de eo autem quod est factum esse aut non
factum esse, aut futurum esse aut non futurum, aut esse aut non
esse, necesse iudicibus committere; non enim pos-
sibile hec legislatorem providere. Si itaque hec
ita se habent, manifestum quia extra nego-
tium technologizant quecumque alia determinant, pu-
ta quid oportet proemium aut narrationem habere et talium
unumquodque. Preter enim nichil aliud in ipsis
negotiantur quam ut iudicem qualem
quendam faciant; sed de artificialibus
autem persuasionibus nichil determinant. Hoc autem est
unde utique aliquis fiet enthimematicus.
Propter hoc ~~contionalia et iudicialia et privato-~~
~~rum~~ enim eadem existente methodo circa co-
ntionalia et iudicialia et pulchriore et magis
civili contionali negotio quam eo quod circa
commutationes, de illo quidem nichil dicunt, de
disceptare autem omnes temptant artificialiter
dicere, quia minus est opere pretium extra rem
dicere contionalia, et minus fraudulentum contio-
natio disceptatione, quia communius. Hic quidem
enim iudex de propriis iudicat, ideo nichil
aliud oportet quam ostendere quia sic habet ut
ait consiliator; in iudicialibus autem non
sufficiens hoc, sed ad rem pertinet prevenire accipere
auditorem. De alienis enim est iudicium, ut
in domum propriam respicientes et
ad gratiam audientes condonant litigan-
tibus, sed non iudicant. Propter quod et in multis lo-
cis, sicut et prius diximus, lex prohibet extra rem
dicere; ibi autem ipsi iudices hoc
servant sufficienter. Quoniam autem mani-
festum quod artificialis methodus
circa persuasiones, persuasio autem demon-
stratio quedam (tunc enim credimus maxime
quando demonstrata existimamus esse), est autem
demonstratio rhetorica enthimema, et est
hoc, ut dicatur simpliciter, principalissimum
persuasionum; enthimema autem sillogismus quidam,
de sillogismo autem omni dialectice est vi-
dere, aut ipsius totius aut partis alicuius, palam
quia qui maxime hoc potest considerare, ex quibus
et quomodo fit sillogismus, hic et enthyme-
maticus utique erit maxime, accipiens
et circa que quedam est enthimema
et quas habet differentias ad logicos sillogismos. Ve-
rum enim et simile vero eiusdem est potentie vi-
dere. Simul autem et homines ad verum apti nati
sunt sufficienter et in pluribus adipiscuntur

verisimile propter quod ad probabilia coniectativi
est habere et ad veritatem similiter se habentis.
Quod quidem igitur que extra rem alii negoti-
antur et quare magis diverterunt ad litigare
manifestum. Utilis autem est rethorica propter esse
quod vera et iusta potentiora sunt natura meliora
contrariis. Quare si non secundum convenientem iu-
dicia fiant necesse per ipsa vinci. Hoc autem
est dignum increpatione. Adhuc autem ad
quosdam neque si certissimam habeamus scientiam facile
ab illa persuadere loquentes. Doctrine enim est qui
secundum scientiam sermo, hoc autem impossibile, sed necesse
per communia facere persuasiones et rationes sicut et in
topicis dicebamus de ea que ad multos
conversatione. Adhuc contraria oportet posse persuadere sicut
et in sillogismis, non ut ambo agamus. Non enim
oportet prava agere, sed ut non lateat qualiter
se habet et ut alio utente non iuste orationibus
ipsi solvere habeamus. Aliarum quidem igitur artium nulla
contraria sillogizat, dialectica autem et rethor-
ica sole hoc faciunt; similiter enim sunt ambe
contrariorum. Res tamen subiecte non similiter
se habent, sed vera et meliora natura sillogi-
zabiliora et persuasibiliora sunt ut est simpliciter
dicere. Adhuc autem inconveniens si corpore quidem
non posse adiuvare se ipsum sit turpe,
oratione autem non turpe; quod magis proprium
est hominis corporis oportunitate. Si autem
quia magna nocebit utique qui utitur
iniuste tali potentia orationum, hoc est commune et
de omnibus bonis excepta virtute et maxime
de utilissimis, puta robore, sanitate, divitiis,
militia. Talibus enim utique quis pro-
derit maxime utens iuste et nocebit
iniuste. Quod quidem igitur non est unius alicuius
generis determinate rethorica, sed quia admodum
dialectica, et quia utilis, manifestum, et quia
non est opus ipsius persuadere, sed videre contingentia
persuasibilia circa unumquodque sicut et in aliis
artibus. Neque enim est medicinalis sanitatem
efficere, sed in quantum contingit usque ad hoc
producere. Est enim et eos qui non possunt
recipere sanitatem tamen medicinari bene.
Adhuc autem quia eiusdem persuasibile videre et apparens
persuasibile, sicut non dialectica sillogismum
et apparentem sillogismum. Sophistica enim
non in potentia sed electione. Verumtamen hic
erit iste quidem secundum scientiam, ille autem secundum
electionem rethor; ibi autem sophista quidem

secundum electionem, dialeticus autem non secundum
electionem sed secundum potentiam. De ipsa vero
methodo temptemus dicere iam qualiter et ex
quibus poterimus adipisci proposita. Iter-
um igitur velut determinantes ipsam que
est ab initio dicamus reliqua. Sit utique rethorica
potentia circa unumquodque speculandi contingens
persuasibile. Hoc enim nullius alterius
artis opus; aliarum enim unaqueque
circa suum subiectum est doctrinativa et persua-
siva, puta medicinalis de sanis
et egris, geometria circa passiones acci-
dentes magnitudinibus, arismetica circa numerum,
similiter autem et relique artium et scientiarum. Re-
thorica autem de dato ut est dicere videtur
posse considerare persuasibile; propter quod et
dicimus ipsam non circa aliquod genus proprium
determinatum habere artificiale. Persuasibilium
autem hec quidem sunt inartificialia, hec
autem artificialia. Inartificialia autem
dico quecumque non per nos acquisita sunt
sed preexistebant, ut puta testes, questiones,
scripturas et quecumque talia. Artificia-
lia autem quecumque per methodum et per nos
effici possibile est. Quare oportet horum
hiis quidem uti, hec autem invenire. Ea-
rum autem que per orationem acquiruntur fidelium
tres species sunt. Hee quidem enim sunt
in more loquentis, hee autem in eo quod
auditorem disponere aliqualiter, hee
vero in ipsa oratione per hoc quod ostendit aut vi-
detur ostendere. Per morem quidem enim sic dicatur
oratio ut faciat dicentem dignum fide.
Modestis enim credimus magis et citius,
de omnibus quidem simpliciter, in quibus autem certi-
tudo non est sed utraque opinamur et
perfecte. Oportet autem et accidere hoc per orationem sed non
propter preopinari qualem quendam
esse dicentem. Non enim sicut quidam eorum qui
artem tradiderunt apponunt in arte
modestiam dicentis tamquam nichil conferen-
tem ad persuasibilitatem, sed fere ut est dicere
principalissimam habet fidem mos. Per au-
ditores autem cum in passionem provocati
fuerint. Non enim similiter damus
iudicia tristes et gaudentes, aut am-
antes et odientes. Ad quod et solum
dicimus qui nunc artem tradiderunt
temptasse negotiari. De hiis quidem igitur
declarabitur secundum unumquodque cum de passionibus.

dicemus posterius aut credimus quod
vero aut videtur ostendi ex probabili
bus circa singula. Cum aut persua
siones per hec sunt manifestum quod
hec tria est accipere est eius qui sil
logizare potest et considerare circa mores
et virtutes et tercio circa passiones
quid sit unaqueque passionum et quale
quid et ex quibus fiat et quo modo
accidit rethoricam velud adnatam partem
quandam dialetice esse et negocii quod circa
mores quod iustum est appellare poli
ticum propter quod et induit figuram poli
tice rethorica et qui contra hanc quan
tum ad hec quidem ineruditi et
quantum ad alia propter iactanciam quan
tum ad alia non propter alias causas hu
manas et est pars quedam dialetice
et similis sicut et incipientes diximus de
nullo enim determinato neutra harum sed
quedam ars et sunt quod potentie optime dicere
de prosperis quoque et que sunt et quo se habent
ad invicem dictum est velud sufficienter
Eorum autem que per demonstrationem aut ap
parere ostendere sicut et in dialecticis
hoc quidem inductio est hoc autem sil
logismus hoc autem apparens sillogismus et hic similiter est
enim exemplum quidem inductio enthy
mema autem sillogismus voco autem enthy
mema rethoricum sillogismum ex
emplum autem rethoricam inductionem omnes
autem persuasiones faciunt per demonstrare
circa dicentes aut enthymemata et
preter hec nichil ergo si quidem et totaliter necesse
sillogizantem aut inducentem ostendere quod
quodlibet aut quidque palam autem nobis
ex analeticis utrumque utrumque
ipsorum utrique horum idem esse Que autem est
differentia exempli et enthymematis mani
festum ex topicis ibi enim de sillogismo et
inductione dictum est prius hoc quidem in
multis et similibus ostendere quod sic habet illic
quidem inductio est hic autem exemplum
hoc autem quibusdam entibus alterum ali
quod preter hec accidere propter ita esse quod
hec sunt universaliter vel ut in pluribus ibi
quidem sillogismus hic autem enthymema
vocatur. Manifestum autem et quod utrumque habent
species rethorice. Sicut autem et in methodicis
dictum est et in hiis similiter sunt enim
hec quod exemplares dialetice hec
autem enthymematice et rethorice similiter
sunt quidem exemplares hec autem enthy
mematice persuadentes quod sed non minus
oratores qui per exempla turbant autem in
gis enthymematici causam autem ipsorum
et quo utroque utendum dicemus posterius
Horum autem de ipsis hoc magis
determinemus dicendo primum enim persuasibile
alicui persuasibile est et hoc quod consistit
constituit propter persuasibile et credibile hoc
autem eo quod videatur ostendi per tali nulla
autem ars considerat particulare puta
medicinalis quid sanitati sanum est
callie et quid tali aut talibus hoc
enim artificiale est unde autem sed unum
quod quis consistunt et non scibile neque
rethorica quod secundum unumquemque probabile
considerabit ut socrati vel callie sed
quod talibus sicut et dialetica et enim ipsa
sillogizat non ex quibus cumque videntur
enim quedam et de sed ipsa quidem
oportunius rethorica autem circa consuetis
consiliari est autem quedam opus ipsius de et de
talibus de quibus consiliamur et artes
non habemus et inter tales auditores qui
non possunt per multa conspicere neque rationari
alonge consiliamur autem de hiis
que videntur contingere utroque modo se
habere de impossibilibus enim aliter fieri
aut facta esse aut fore aut habere nullus
consiliatur ita estimans nichil enim plus
aut sic contingit consiliari et quod contingit
hoc quidem ex sillogizatis prius hoc autem
ex non sillogizatis oportunius autem sil
logismo propter ea quod ex modis necessarie
hec quidem hic quidem non esse bene assequi
bilia propter longitudinem iudex enim sup
ponitur esse simplex. Autem hec non persuabilia
propter quod non concessi sunt neque ex
opinatis quod necesse igitur enthymema esse
et exemplum de contingentibus aliter se
habere ut multo enim quidem inductionem
enthymema autem sillogismus et ex paucis
et sepe pauciores quam ex quibus primus
sillogismus si enim sit aliquid horum notum ne
quit dicere ipse enim auditor hoc apponit
puta quod dorieus coronale agone
devicit sufficiens dicere quod olimpia
enim devicit hoc autem quod coronalis olimpia

nichil oportet apponere. Cognoscit enim et
hoc ipse auditor. Quoniam autem sunt pauca quidem
necessaria ex quibus rhetorici syllogismi sunt;
multa enim de quibus iudicia et con-
siderationes contingunt et aliter habere; de quibus
enim que agunt consiliantur et tractant;
que autem aguntur omnia talis generis sunt
et nichil horum ut consequens est dicere ex necessitate
est; ut in pluribus autem contingentia et contingere
ex talibus aliis necesse syllogizare; ne-
cessaria autem ex necessariis; palam autem
nobis et hoc ex analeticis manifestum quoniam
ex quibus enthimemata dicuntur hec
quidem necessaria erunt, plurima autem ut in
pluribus. Dicuntur enim enthimemata autem
ex ycotibus et signis, quare necesse horum
utrumque utrique idem esse. Ycos quidem enim
est quod ut in pluribus fit, non simpliciter
autem sicut diffiniunt quidam, sed quod
contingentium aliter habere sic habet ad quod
ycos ut universale ad particulare. Signorum
autem hoc quidem sic habet ut aliquod sin-
gularium ad universale, hoc autem ut aliquod
universalium ad particulare; horum autem quod
necessarium tecmirium. Quod autem non necessarium
innominatum est secundum differentiam. Necessaria quidem
igitur dico ex quibus fit syllogismus; propter
quod et tecmirium tale signorum
est. Quando enim putant non contingere
solvere quod dictum est, tunc ferre putant
tecmirium tamquam ostensum et termina-
tum; tecmar enim et terminus idem secundum antiquam
linguam. Est autem signorum
hoc quidem ut singulare ad universale sic ut
si quis dicat signum esse quod sapientes
sunt iusti, Socrates enim sapiens
erat et iustus. Hoc quidem signum, solu-
bile autem quod dictum est, et si verum sit;
non syllogizabile enim. Hoc autem ut si quis
dicat signum quod egrotat, febricitat enim,
aut peperit, quia lac habet, necesse. Quod
signorum solum tecmirium; solum enim
si verum sit insolubile. Hoc autem quod
ut universale ad particulare se habet, ut si
quis dicat quod febricitat signum esse, fre-
quenter enim respirat. Solubile enim
et hoc, et si verum sit; contingit enim non fe-
bricitantem frequenter respirare.
Quid igitur ycos et quid signum et

tecmirium, quid differunt, dictum est
et nunc; magis autem
manifeste et de hiis et propter quam causam
hec quidem insyllogizabilia sunt, hec
autem syllogizata, in analeticis de-
terminatum est. Exemplum autem quod quidem
sit inductio et circa qualia inductio dictum
est. Est autem neque ut pars ad totum ne-
que ut totum ad partem neque ut totum ad
totum, sed ut pars ad partem, simile ad
simile; quando ambo quidem sunt sub eodem genere, no-
tius autem alterum sit altero, exemplum; ut puta
quoniam insidiatur tyrannidi Dionisius ex-
petens custodiam. Etenim Pisistratus
prius insidians expetebat custodiam
et accipiens tyrannizavit, et
Theagenes in Megaris, et alii quos
cognoscunt, omnes exemplum fiunt Dionisii,
quem nondum sciunt si propter hoc ex-
petit. Omnia autem hec sub eodem universali,
quod insidians tyrannidi custodiam ex-
petit. Ex quibus quidem igitur dicuntur que
videntur persuasiones esse demonstra-
tive dictum est.
Enthimematum autem maxima
differentia et que maxime latuit fere
omnes est que quidem et circa dialecticam me-
thodum syllogismorum. Hec quidem enim ip-
sorum sunt secundum rhetoricam sicut et secundum dia-
lecticam methodum syllogismorum, hec autem secun-
dum alteras artes et potentias, has quidem
existentes, has autem nondum comprehensas.
Propter quod et latent auditores et magis
tangentes secundum modum transcendunt ex ipsis.
Magis autem planum erit quod dicitur per plura
dictum. Dico enim dialecticos et rethori-
cos syllogismos esse de quibus locos dicimus.
Hii autem sunt qui communes de iustis et de
naturalibus et politicis et de multis differentibus specie,
ut puta locus magis et minus; nichil
enim magis erit ex hoc syllogizare aut
enthimema dicere de iustis quam de
naturalibus aut de quocumque, quamvis hec specie
differant. Propria autem quecumque ex
propositionibus que circa unumquodque speciem et genus
sunt, ut puta de naturalibus sunt propositiones
ex quibus neque enthymema neque syllogismus
est de moralibus, et de hiis alie ex quibus
non erit de naturalibus. Similiter autem hec se
habent in omnibus. Et illa quidem non facient
circa nullum genus prudentem; circa nullum enim
subiectum sunt. Hec autem quanto quis utique

inesse eligere proponens latebit alia scientia adinvenienda et rethorica. Si enim illi inciderit principiis, non adhuc dialectica neque rethorica sed illa erit cuius habet principia. Sunt autem plurima enthymematum que dicuntur ex hiis speciebus singularibus et propriis, ex communibus autem pauciora. Quemadmodum autem et in topicis et hic dividendum enthymematum species et locos ex quibus sumenda. Dico autem species quidem eas que secundum unumquodque genus proprias propositiones, locos autem eos qui similiter omnium communes. Primum igitur dicamus de speciebus. Primo autem accipiamus genera rethorice, quomodo dividentes quot sunt, de hiis separatim accipiamus elementa et propositiones.

Sunt itaque rethorice species tres numero. Tot enim et auditores orationum existunt entes. Componitur enim ex tribus oratio, ex dicente et de quo dicit et ad quem, et finis ad hunc est, dico autem auditorem. Necesse autem auditorem aut speculatorem esse aut iudicem, iudicem autem aut preteritorum aut futurorum. Est autem qui quidem de futuris existimat ut contionator, qui autem de preteritis velut iudicator, qui vero de potentia velut speculator. Quare ex necessitate tria utique erunt genera orationum rethoricarum: deliberativum, iudiciale, demonstrativum. Deliberationis autem hoc quidem exhortatio, hoc autem dehortatio. Semper enim et qui singulariter consulunt et qui communiter contionantur horum alterum faciunt. Disceptationis autem hoc quidem accusatio, hoc quidem defensio; horum enim alterutrum facere necesse litigantes. Exclamativi autem hoc quidem laus, hoc autem vituperium. Tempora autem unicuique horum sunt: deliberanti quidem futurum (de futuris enim deliberat et exhortans aut dehortans), disceptanti autem preteritum (de actis enim semper hic quidem accusat, hic autem defendit), exclamativo autem principalissimum quidem presens (secundum existentia enim laudant aut vituperant omnes), coutuntur autem sepe et rememorantes preterita et futura preconiectantes. Finis autem horum singulis alius est,

et tribus existentibus tres: deliberanti quidem conferens et nocivum; qui enim exhortatur tamquam melius consulit, qui autem dehortatur tamquam deterius dissuadet; alia autem ad hoc coassumunt, aut iustum aut iniustum, aut pulchrum aut turpe. Disceptantibus autem iustum et iniustum, alia autem et hii coassumunt ad hec. Laudantibus vero et vituperantibus pulchrum et turpe, alia autem ad hec et hii referunt. Est autem signum quia est quod dictum est finis singulis: de aliis enim quandoque utique non litigabunt, puta quod non iniuste fecit aut quod non nocuit; quod autem iniuste fecit nequaquam utique confitebitur; non enim utique opus esset disceptatione. Similiter autem et deliberantes alia quidem sepe fatentur, quod autem inutilia consulunt aut conferentia dissuadent non utique confitebuntur; quod autem non iniustum vicinos subinservire et eos qui nichil iniuriantur, multotiens nichil curant. Similiter autem et laudantes et vituperantes non considerant si conferentia egerunt aut nociva, sed et in laude sepe ponunt quia despiciens quod ipsi erat proficuum egit quod pulchrum, ut puta Achillem laudant quia auxiliatus est amico Patrocle sciens quod oportebat ipsum mori, cum posset vivere. Huic autem talis mors pulchrior erat, vivere autem conferens. Manifestum autem ex dictis quia necesse de hiis habere primum propositiones. Testimonia enim et verisimilia et signa propositiones sunt rethorice. Totaliter quidem enim sillogismus est ex propositionibus, enthymema autem sillogismus est constitutus ex dictis propositionibus. Quoniam autem neque acta esse neque agenda possibile impossibilia, sed possibilia, neque non facta aut non futura possibile hec quidem acta esse, hec autem agi, necessarium et deliberanti et disceptanti et exclamativo habere propositiones de possibili et impossibili, et si factum fuit aut non, et si erit aut non. Adhuc autem quoniam omnes et laudantes et vituperantes et exhortantes et accusantes et defendentes non solum ea que dicta sunt ostendere temptant, sed et quod magnum aut parvum bonum aut malum, vel pulchrum aut turpe, vel iustum aut iniustum, vel secundum

sed utrisque autem adiunctum operantes palam quia oportebit utique et de magnitudine et paruitate et de maiori et minori. Ponet hec et vniversaliter et de unoquoque, puta quod magis bonum uel quod minus uel iniustitia uel iustitia. Similiter autem et de aliis. De quibus autem oportet ex necessitate orationes dicere proposito dictum est.

Hec autem diuidendum singulariter de unoquoque horum, puta de quibus deliberatiue et de quibus declamatiue, tertio autem de quibus dicentes placitis. Primo quidem igitur accipiendum circa qualia bona siue qualia mala deliberatiuus consulit, quoniam non circa omnia, sed quecumque contingit et fieri et non. Quecumque autem ex necessitate uel sunt uel erunt uel possibile non fieri, de hiis non est consilium. Neque etiam de contingentibus omnibus. Sunt enim et natura et a casu quedam bona contingentia et fieri et non, de quibus nichil prope consiliari ad sed puta quod de quibus quecumque consiliari talia sunt quecumque nata sunt reduci in nos et quorum principium generationis in nobis est. Usque ad hoc enim aspicimus donec inueniamus si nobis possibilia agere uel impossibilia. Quidem igitur aliquid diffinire et distinguere secundum species de quibus consueuerunt negotiari, adhuc autem quantum contingit de ipsis determinare secundum ueritatem non oportet secundum presens tempus inquirere, propterea quod non est artis rethorice sed illustrioris et magis uere. Et quia multo plura attributa sunt ipsi quam sunt propria theoremata. Rethorice enim prius diximus uerum est quod rethorica componitur quidem ex dialectica scientia et ea que circa mores politica. Similis autem quantum ad hec quidem dialectice quidem autem sophisticis sermonibus. Quanto autem utique quis uel dialecticam uel hanc non quemadmodum in utilitatem potentias sed ut scientias temptauerit constituere, latebit naturam ipsarum exterminans eo quod transgrediatur in superinstituendo scientias quarundam subiectarum rerum et non solum orationum. Attamen quecumque proposito quidem diuidere que autem relinquunt considerationi politice scientie dicamus et nunc. Fere enim de quibus consiliantur omnes et circa que principiant liberaliter maxime

(second column)

Quecumque numero existunt existunt circa hec autem sunt de prouentibus et de bello et pace, adhuc autem et de custodia regionis et de hiis que importantur et exportantur et de legumlatione. Quare de prouentibus quidem debentem consiliari oportebit utique scire ciuitatis et que et quanti et quomodo si quis deficiat apponatur et si quis minor augeatur. Adhuc autem expensas totius ciuitatis omnes ut si que superflue auferantur et si que maiores minores fiant. Non enim solum apponentes ad existentia ditiores fiunt sed et auferentes ab expensis. Hec autem non solum ex ea que circa propria experientia contingit considerare, sed necessarium et in vtiles apud alios inuentorum esse ad ea que de hiis deliberationem. De bello autem et pace scire potentiam ciuitatis quanta iam et quanta contingit fieri et quale quedam et que existit et que potest aduenire. Adhuc autem et bella que et qualiter preliati sint, non solum autem proprie ciuitatis sed et aliorum. Hec autem necessarium scire autem et ad quos dubium euentum sit pugnare, et meliores quidem pace habeat et ad deteriores que in ipsis sit pugnare potentie namque similes uel dissimiles est enim adhuc excedere et minorari. Necessarium ad hec non solum propria considerasse sed et ea que aliorum qualiter euenerunt. Assimilatur enim similia fieri nata sunt. Adhuc autem de custodia regionis latere qualiter custoditur et scire et loca numerum custodum habeant in possibile non expertum exsistere regionis, ut si debilior sit custodia apponatur et si qua superflua auferatur et loca propria conseruent magis. Ad hec autem de alimento quale sufficiens ciuitati et quantum uel factum et quantum ad duci et quorum indigent et quorum educatione, ut ad hec et consilia et statuta fiant ad duo enim necessarium ciues conseruare scilicet ad que et potencie ad eos qui ad ista sunt utiles. Ad se ciuitate autem omnino quidem hec necessarium posse considerare. Non minimum autem de legum latione

audire in legibus etc. scilicet alias civitatis
dico autem nescire quod sunt civitatum
species et que conferunt unicuique et a quibus
corrumpi nate sunt et propriis civitatis et
contrariis. Dico autem ut propriis corrumpi
quia excepta optima civitate alie omnes
et remisse et intense corrumpuntur puta
democratia non solum remissa debi-
lior sit et tandem in oligarchiam. Sed et in-
tensa valde similiter et aquilinitas et simi-
tas non solum remisse in medium veniunt
sed et valde aquila facta et sima ita dis-
ponitur naso ut neque nasus videa-
tur. Utile autem ad legum lationes non solum
attendere que civitas expediunt ex preteritis
considerantem sed et eas que apud alios
sciunt quales qualibus congruunt. Quare palam
quia ad legum lationem quidem terre circuitus
sunt utiles. Hinc enim est accipere gen-
tium leges ad consilia autem civilia hys-
toriarum scripturas gesta. Omnia autem poli-
tice sed non rhetorice opus sunt. De quibus
quidem igitur oportet habere deliberantem consiliarium que
maxima tot sunt.

Ex quibus oportet agere et de hiis et
de aliis exhortandum et dehortandum

Fere autem et privatim unicuique et commu-
niter omnibus finis quidam est ad quem re-
spicientes et eligunt et fugiunt. Et hic
est ut in summa dicere felicitas et partes
ipsius. Exemplis ergo gratia summatim accipiamus
quid est simpliciter dicere felicitas et ex quibus
partes hic. De hac enim et de hiis que ad hanc
tendunt et contrariis huic exhortationes et
dehortationes omnes sunt. Oportet enim pre-
parantem ipsam aut partem aliquam aut maiorem
pro minori agere, corrumpentia autem aut im-
pedientia aut contraria fa-
cientia non agere. Sit itaque felicitas europraxia
cum virtute aut per se sufficientia vite aut vita
que cum securitate delectabilissima aut
habundantia possessionum et corporum cum potentia
servativa et activa horum. Aut unum aut
plura felicitatem confitentur esse omnes fere.
Si itaque est felicitas tale necesse ipsius esse par-
tes nobilitatem multitudinem amicorum bonorum amici-
tiam divitias bonam prolem multitudinem prolis
bonam senectutem, adhuc corporis
virtutes puta sanitatem pulchritudinem
robur magnitudinem potentiam agonisticam,
gloriam honorem bonam fortunam virtutem
aut partes ipsius prudentiam fortitudinem

temperantiam iustitiam. Sic enim utique
per se sufficientissimus erit si existant ipsi
que intra et extra bona. Non enim sunt
preter hec. Sunt autem que in ipso quidem que circa
animam et que in corpore, extra autem nobi-
litas genus et amici et pecunie et honor.
Adhuc autem convenire putamus potentias sibi
et fortunam. Sic enim utique securissima vi-
ta erit. Sumamus igitur similiter horum unumquodque
quid est. Nobilitas quidem igitur gen-
ti et civitati sunt indigenas aliquos esse et pri-
des primos in principes et multos principes
produxisse ex ipsis de hiis que zelantur. Pri-
vatim autem nobilitas que aut ab viris
aut mulieribus et legitima hiis ambobus. Et sicut civitatis
primos notos aut in virtute aut divitiis
aut de alio horum que honorantur et mul-
tos insignes ex genere viros et mulieres
iuvenes et senes. Bona autem proles et
multitudo prolis quidem non immanifesta. Est autem
communi quidem bona proles iuventus si sit multa
et bona, bona autem secundum virtutem corporis
corporis puta magnitudine et pulchritudine
robore potentia agonistica anime autem
virtus temperantia fortitudo. Singulariter autem
multos et tales esse feminas et masculos.
Femine autem virtus corporis quidem pulchritudo
et magnitudo anime autem temperantia et amor
operositatis sine illiberalitate. Sit autem similiter
et privatim et communiter ad viros et ad
mulieres omnia querere unumquodque tale. Quicumque enim
que circa mulieres prava sunt sicut Lacedemonii fere secundum
dimidium non sunt felices. Divitiarum
autem partes nummismatum multitudo terre villarum
possessio. Adhuc autem et magnitudine et pulchritudine
differentium adhuc autem supellectilium posses-
sio et servorum et pecudum multitudine et pulchritudine
differentium. Omnia autem hec non fallibilia
sed liberalia et utilia. Sunt autem utilia
quidem magis fructifera, liberalia autem que
ad fruitionem. Fructifera autem dico a quibus
proventus. Fruitionalia autem a quibus nihil dignum
memoria fit preter usum et tenere. Autem terminus
omnis quidem hoc dicendum possedisse
vel in ipso sit usus ipsorum ita quod alie-
nare sit. Aut non sunt in ipso non sit
alienare. Dico autem alienationem
donationem et venditionem. Totum autem dicere esse
in uti magis quam possidere. Et enim operatio
et usus divitie. Bona autem opinio
autem est ab omnibus studiosum existimari
aut esse aliquid huius quod omnes appetunt

-ant multi aut boni aut prudentes honorant. Est
autem quidem honor benefactive opinionis signum; ho-
norantur autem iuste quidem maxime qui benefi-
cia prestiterunt, non solum autem sed honoratur et qui
potest benefacere. Beneficentia autem aut ad sa-
lutem et quecumque cause essendi aut ad divitias
aut ad aliquod aliorum bonorum quorum non est
facilis possessio aut totaliter aut hic aut tunc.
Multi enim propter ea que videntur parva hono-
rem adipiscuntur, sed modi et tempora sunt cause.
Partes autem honoris sacrificia, commemorationes
in metris et sine metris, templa, agri, primordialitates,
sedes, monumenta, imagines, alimenta
publica, barbarica ut adorationes et elevationes,
dona que apud singulos preciosa. Etenim
donum est et rerum possessio et hono-
ris signum; propter quod et amatores pecunie
et amatores honoris appetunt ipsa; am-
bobus enim habent quibus indigent; etenim
possessio est qua indigent amatores pecunie,
et honorem habet quem amatores honoris. Corporis
autem virtus sanitas. Sanitas hec autem sic
ut sine egritudine utentes corporibus; multi
enim sani sunt sicut Herodicus dicitur, quos nullus utique
felicitabit sanitatis gratia, quia ab omni-
bus abstinent humanis aut pluribus. Pulchritudo
autem alia secundum unamquamque etatem. Est iu-
venis quidem pulchritudo habere corpus utile
ad labores eos scilicet qui ad cursum et ad viole-
ntiam, delectabilem existentem videre et ad frui-
tionem; propter quod pentathli pulcherrimi,
quia ad violentiam et ad velocitatem simul
nati sunt. Consistentis autem quod contingit ad
labores quidem bellicos, delectabilem autem
esse videri cum terribilitate. Senis autem ad labo-
res quidem necessarios sufficientem, sine tristitia
autem propter quod nichil habet eorum quibus se-
nectus molestatur. Robur autem est quidem
potentia movendi alterum ut vult; necesse
autem movere alterum aut trahere aut
pellere aut levare aut premere aut co-
arctare; robustus aut omnibus aut
aliquibus horum. Magnitudinis autem
virtus excedere secundum longitudinem et profunditatem
et latitudinem multos tanto maius ut
non faciant tardiores motus propter excessum.
Agonistica autem virtus corporis componitur
ex magnitudine et robore et velocitate. Etenim
velox robustus est; qui enim potest ti-
bias proicere aliqualiter et movere cito et
longe cursivus est; qui autem deicere et de-
tinere luctativus; qui autem propelle-
re ictu pugillativus; qui autem ambobus
hiis pancraticus; qui autem omnibus
pentathlicus. Bona autem sene-
ctus est tarditas senectutis cum
absentia tristitie; neque enim si cito se-
nescit bene senescit, neque si tarde cum
tristitia. Est autem et ex corporis virtutibus
et ex fortuna; non enim sine egritudine existens neque
robustus existens non erit impassibilis neque
sine tristitia et non longevus, nec
utique bene fortunatus permanebit. Est
aliquid et preter robur et sanitatem alia
longevitas; multi enim sine corporis virtutibus
longevi sunt. Sed diligens certi-
ficatio de hiis nichil utilis ad presens. Multorum
autem et studiosorum amicitia
et bonorum non immanifesta determinato amico quod
est talis amicus qui que putat
bona esse illi operativus est propter illum;
cui autem multi tales polifilus; cui autem
epiikeis viri et aristophilus. Bona
fortuna autem est cuius bonorum fortuna causa est hec
fiant et existant omnia aut plurima
aut maxima. Est autem fortuna causa quorundam
quidem quorum et artes, multorum autem
et sine arte, puta quorum natura; contingit
autem et preter naturam esse; sanitatis quidem enim
ars causa, pulchritudinis autem et magnitudinis
natura. Totaliter autem talia bonorum sunt
a fortuna de quibus est invidia. Est autem
et eorum que sine ratione bonorum causa fortuna,
ut puta si alii fratres turpes, hic autem
pulcher; et si alii nescierunt thesau-
rum, hic autem invenit; aut si propinquum
tetigit sagitta, hunc autem non; aut si non
venit solus et sepe frequentans, alii autem
semel venientes interempti sunt. Omnia
enim talia eufortunia videntur esse.
De virtute autem quoniam convenientissimus
circa laudes locus, quando de laude
faciemus sermonem tunc determinandum.
Quorum quidem igitur oportet coniectantem ad hortandum
tendere futura aut existentia et que dehortantem
manifestum; contraria enim horum sunt.
Quoniam autem proiacet consu-
lenti conferens, consiliantur autem non
de fine sed de hiis que ad finem, hec autem
sunt conferentia secundum actiones, conferens autem
autem bonum, sumenda utique erunt elementa
de bono et conferente simpliciter. Sit
itaque bonum quodcumque ipsum sui gratia

et eligibile et amplius grad aliud eligi
et quod omnia appetunt aut omnia que sensu
habent et intellectum et quecumque intellec
tum acciperent. Dicit hoc enim innuitur bonum
et quo presente bene disponitur et sufficiens
est hoc et quod ipse sufficiat. Et secundum
consuetudinem horum et ad quod sequuntur talia
et plurima contrariorum et corruptiva. Se
quuntur autem dupliciter aut simul aut posterius
puta addiscere quidem scire posterius, esse
valere autem vivere simul et factiva tripliciter
hec quidem ut quod valere sanitatis, hec autem
ut alimenta sanitatis, alia vero ut exer
citari quod ut in pluribus faciunt sanitatem. Hiis
autem positis suppositis bonorum bonas
esse et malorum abiectiones assequuntur enim
hinc quidem non habere malum simul hinc
autem habere bonum posterius et preter bono
acceptio. Et virtutes autem necesse
bonum esse secundum has enim et bene dis
ponuntur habentes et factive bonorum sunt
et active. De unaquaque autem et que
et quales seorsum dicendum. Et delectatio
bonum esse omnia enim animalia appe
tunt ipsam naturam esse et pulchra et de
lectabilia necesse esse bona. Hec quidem
bona et delectabilia faciunt, bonorum autem
hec quidem delectabilia habent ipsa secundum
se eligibilia sunt. Ut autem ad unum di
cere necesse bonum hec esse felicitatem.
Et enim secundum se eligibile et ipse suffi
ciens et gratia ipsius multa eligimus.
Iusticia fortitudo temperantia magnanimi
tas magnificentia alie et tales habitus
virtutes enim anime. Et sanitas et
pulchritudo et talia virtutes enim corporis et
factive multorum ut puta sanitas et de
lectationis et ipsius vivere propter quod et optimum
videtur esse quidem duorum que apud plurimos preciosis
sima sunt causa sunt delectationis et ipsius
vivere. Divitie enim et possessionum
virtus et multorum factive et amicus et amicitia
enim et secundum se eligibile et factiva
multorum. Honor et gloria et enim
delectabilia et factiva multorum et assequuntur
ipsis ut frequenter quod existat quibus
quibus honorantur. Potentia dicendi agere
di factiva enim omnia talia bonorum adhuc
hinc bone aptitudines memorie
faciles disciplinabilitas solercia et omnia

talia factive enim bonorum hec potentie
sunt et vivere. Si enim nullum aliud
sequatur bonum secundum se eligibile et
iustum. Conferentia de communi. Quod enim
conferens communi hec quidem que fecit con
fessa bona sunt in quibus autem
habet silli? eius contrarium malum hoc
bonum et cuius contrarium inimicis expedit
puta si inimicos esse magnos inimi
cis palam quod fortitudo preciosa
civibus. Et totaliter quod inimici volunt aut
de quo gaudent contrarium hinc preciosi
vivere. Propter quod benedictum
Priamo gaudere Priamus. Hoc autem non
semper hoc sed ut frequenter. Nichil enim prohi
bet alii eadem expedire contrariis. Unde
dicitur quod mala congregat homines quando
et idem nocivum ambobus aut et quod non et
superfluum hoc bonum quodcumque autem
fiat maius quam oportet malum. Et circa
gratiam multa laborata sunt aut multa
expensa apparet enim bonum iam et ut
finis iam quod tale existimatum et finis
multorum finis autem bonum. Unde hec
dicta sunt dederit gloriam Priamo et ipse
et Minerve sufficeret et providum quod
dicunt Ytalia et quod multi appetunt
et contemptibile apparet quidem enim omnes
appetunt hoc bonum erat. Multi autem
illud omnes videntur et laudabile nullus
enim non laudat et quod et inimici et
iniqui laudant. Vere enim omnes iam con
fitentur sicut et quod qui male passi sunt
evidentia enim confitebuntur utique secundum
et primi quidem amici vituperant et bonum quod
de inimici laudant propter quod male
credi fuisse Corinthii putabantur
a Symonide qui pessimum fecit. Co
